

defunctis\*, non debitum plene soluit, ideo<sup>f</sup> in partem\* animam defraudavit. Tenebatur enim missam\* pro defunctis specialiter celebrare. Sacerdos etiam qui, interuento pecunie, ex pacto scilicet missam pro defunctis celebrat<sup>t</sup>, mortaliter peccat.

Et si pro tribus animabus tenetur celebrare, ita quod tenetur singulis tricennarium missarum solvere, qui unum tantum\* tricennarium soluit, non debitum plene soluit<sup>t</sup>, sed animam in partem defraudavit. Plus enim prodescent tres tricennarii tribus, quam unus tribus. Satis patet ex premissis sufficere sacerdoti unam missam celebrare.

Unde Alexander papa : Sufficit sacerdoti unam missam celebrare in una die, quia semel Christus passus est, et totum mundum redemit ; non modica res est unam facere missam<sup>m</sup> ; est valde felix, qui unam potest digne celebrare<sup>7</sup>.

Solent etiam sacerdotes in missa numerum orationum extendere, ut plures orationes quam tres ante epistolam dicant, cum ad plus ternario numero claudi debeant. Cum enim missa Christi passionem representet, facta etiam eius et dicta tempore passionis exhibita, imminente autem passione Christus\* ter orasse legitur<sup>9</sup>, videtur ideo quod tres tantum orationes in missa fieri debeant. Si vero plures addantur, potius ex hominum traditione quam ex sacramenti institutione fieri videtur. Sacerdos etiam pro sacramenti exhibitione nil terrenum exigere debet, ne venalis videatur esse gratia sacramenti, et sic se ingerat symoniaca heresis. Verbi causa, nec pro baptismo, nec pro Eucharistia vel extrema unctione<sup>8</sup>, nil debet exigere, vel ex pacto celebrare ; sed si de<sup>p</sup> sola liberalitate aliquid offeratur, licet recipere ; perfectius tamen esset respuere.

Sunt tamen qui sub specie rectitudinis subtiliter symoniam velant, cereum vel crismale<sup>9</sup> vendentes. Sunt etiam sacerdotes qui ante diem missam inchoant, ut illos qui per totam noctem vigiliis custodierunt ad offerendum alliciant. Post offertorium vero si dies non instat, sacramentum differunt, et in hoc satis suam cupiditatem<sup>o</sup> ostendunt. Sunt etiam<sup>a</sup> qui ter vel quater offertorium repetunt, expectantes ut aliqui veniant qui<sup>i</sup> aliquid offerant. Sunt<sup>l</sup> qui tota nocte<sup>e</sup> compulsant campanas, ut si loqui possent<sup>t</sup> de sua compulsatione conqueri deberent, et hoc alia de causa non. faciunt, nisi ut homines ad ecclesiam confluant et aliquid offerant. Explicit<sup>o</sup>

(e) et post misse — defunctis *om. Vo.* (f) immo *Vo.* (g) parte *Vo.* (h) missam *om. Oc.* (i) celebrare *Oc.* (k) tantum *om. Oc.* (l) non pl. det. persoluit *Vo.* (m) missam *om. Oc.* (n) Christus *om. Oc.* (o) extr. in unct. *Vo.* (p) de *om. Vo.* (q) et. sacerdotes *add. Vo.* (r) et *Vo.* (s) die *Vo.* (t) poss. campane *add. Vo.* (v) explicit *om. Vo.*

7. *Decr. III<sup>o</sup> Pars De Consecr.* Dist. I. C. LIII (éd. FRIEDBERG, 1308), JAFFÉ L. n<sup>o</sup> 3517 (Alexandre I). Friedberg rapporte conjecturalement ce canon à Alexandre II. Le texte se trouve dans le Décret d'Ives de Chartres, II, c. 81.

8. Mt. xxvi, 39-44 ; Mc. xiv, 35-41.

9. Crismale ; cf. DU CANGE, *Glossarium*, ad verb. : Pannus lineus cera imbutus quo altare cooperitur.

## SERMO DE SPHAERA INTELLIGIBILI

### MANUSCRIT

Le sermon sur la sphère intelligible a été transcrit dans un recueil de sermons inclus dans un volume de Miscellanea provenant de la bibliothèque de l'abbaye de Saint-Martial de Limoges.

Ce volume renferme des opuscles et fragments divers reliés ensemble, ce qui arrive fréquemment dans les bibliothèques monastiques. Les écritures de ces différentes parties se rapprochent des types que nous avons rencontrés dans d'autres manuscrits de Saint-Martial de la fin du XII<sup>e</sup> et de la première moitié du XIII<sup>e</sup> siècle. On ne peut cependant affirmer que le manuscrit ait appartenu primitivement à l'abbaye car une note f. 296v<sup>o</sup> spécifie que le manuscrit a été remis en 1477 par l'abbé du monastère à la bibliothèque : « per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Iacobum<sup>1</sup>, abbatem predicti monasterii sanctissimi Martialis Lemouicensis, liber iste traditus anno Domini M. III<sup>o</sup> LXXVII<sup>o</sup> librerie eiusdem monasterii. » Il portait la cote LXXXIII dans la bibliothèque de Saint-Martial, 4521<sup>2</sup> dans la Bibliothèque royale ; c'est actuellement le manuscrit latin 3572.

Le cahier de parchemin, f. 269-282 sur lequel ont été copiés des sermons à la fin du XII<sup>e</sup> siècle est de petit format ; l'écriture est de tout petit module. Les sermons sont tous anonymes, une partie d'entre eux sont transcrits aussi dans un autre cahier du même manuscrit, f. 1-16v.

F. 269. Reminiscere miserationum tuarum, Domine. Legitur gigantes edificasse turrem (sic) Babel...

F. 269-269v<sup>o</sup>. Sapientia edificavit sibi domum, etc. Fratres, sponsus tradidit servis suis talenta... ; cf. f. 15, incompl.

F. 269v<sup>o</sup>-270. Sentences brèves.

1. Il s'agit de Jacques JOUVIÉON, 47<sup>e</sup> abbé de Saint-Martial, d'après la « Commemoratio abbatum Lemouicensium basilicae S. Martialis » contenue dans le manuscrit Paris, Bibl. nat. lat. 11019, p. 67-92 ; éd. H. DUPLÈS-AGIER, *Chroniques de Saint-Martial de Limoges*, p. 26-27.

- F. 270-270<sup>v</sup>. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba... Audite, domini mei, triplex totius Trinitatis testimonium... ; f. 1-1v.
- F. 270<sup>v</sup>-271. Congregamini et venite et accedite... Audite veteris et Noue Legis concrepantiam... — quia laborem fugiunt ; f. 12v-13.
- F. 271-271<sup>v</sup>. Sentences brèves.
- F. 271<sup>v</sup>, et 280 (folio déplacé par erreur). Conuerteris ad Dominum Deum tuum... Verba ista, carissimi, quasi tribus sulcis exarata... vertemur ad veram philosophiam que est theologia que curat animas, conuertemur ad opera virtutum et exempla bonorum, quod ipse... ; f. 5-6.
- F. 280-280<sup>v</sup>. Conuertere ad Deum, et relinque peccata tua... Est autem duplex conuersio... ; f. 6.
- F. 272-272<sup>v</sup>. Legimus in Apocalypsi librum VII signaculis fuisse signatum... Considerandum igitur quis liber, quis libri scriptor...
- F. 272<sup>v</sup>-273. Deus est spera intelligibilis... Attendite, commilitones karissimi...
- F. 273-274. In principio erat Verbum... karissimi, propositum negotii est iuxta quod mentis mee ingeniolium lux diuina digna est illuminare... ; cf. ms. lat. 585, f. 109-110 ; Mazar. 774, f. 198<sup>vis</sup> v.
- F. 274-274<sup>v</sup>. Qui timent Deum inuenient iustum iudicium... Sed qui amant, karissimi, timentes Deum... ; f. 15v-16.
- F. 274<sup>v</sup>-275. Virgo singularis, inter omnes mitis... In hoc versiculo loquitur virgo de virgine... ; f. 11-11v.
- F. 275-275<sup>v</sup>. Factum est prelium in celo... Diuinus secretarius secretis diuini pectoris reuelationibus imbutus... ; f. 12-12v.
- F. 275<sup>v</sup>-276. Martinus hic pauper et modicus... Verba ista, domini mei, ab humili incipiunt... ; f. 13-13v.
- F. 276. Adorna talamum tuum Sion... Dicit Augustinus super Ioannem... cuius virtutes inuicem connectuntur ; f. 3.
- F. 276<sup>v</sup>. Seminate in iustitia... Veteris et Noue Legis conuenientia...
- F. 277. Iustus ut palma florebit... Sicut sub uno igne aurum rutilat, palca fumat... ; f. 13v.
- F. 277. Sentences brèves.
- F. 277<sup>v</sup>. Mulier cuius manus non poterit offerre agnum... Ut rassemus (sic) in vite legitur foliis... ; f. 2.
- F. 278. Hec est resurrectio prima... Quanto fides est firmior... ; f. 6v-7.
- F. 278-278<sup>v</sup>. Ecce ego mitto angelum meum... Verba ista, domini mei, emanantur in lege... ; f. 8v.
- F. 278<sup>v</sup>. Beati qui lauant stolas suas... Domini mei, sicut dicit Augustinus... ; f. 9.
- F. 278<sup>v</sup>-279. Non tardes conuerti ad Dominum... Dicit Augustinus per Iohannem...

- F. 279-279<sup>v</sup>. Orietur sicut sol Saluator mundi... Dicit Augustinus quod sicut radius solis... ; f. 1.
- F. 279<sup>v</sup>. Veni, sancte Spiritus... Dicit Iob : si locutus fuero... Trinitati verborum positorum in hac oratione sanctissima... ; f. 8-8v.
- F. 281. Galaad ciuitas operantium idolum... Verba ista, karissimi, licet solummodo venustata sint foliis... ; f. 14v-15.
- F. 281-281<sup>v</sup>. Sponsabo te michi... Hic loquitur Saluator...
- F. 281<sup>v</sup>. Sentences brèves.
- F. 282. Considerare semitas Theman... Verba ista, karissimi, verba sunt Iob patientis... ; f. 14.

Deus est spera intelligibilis cuius centrum ubique, circumferentia nusquam<sup>1</sup>.

Attendite, commilitones<sup>2</sup> karissimi, qualiter huius auctoritatis thesauro ditatur Hebreus quo spoliatur Egiptius<sup>3</sup>. Hec est enim altiloqua<sup>4</sup> philosophi tuba<sup>5</sup>, que terrenorum naturam dedignans<sup>a</sup> balbutire<sup>b</sup>, altioris theologie ausa est secreta intonare<sup>6</sup>. Hic enim est magnus retor Tullius, qui sicut humane eloquentie flore prenituit<sup>7</sup>, sic altioribus theologie verbis intonuit, dicens : Deus est spera int. etc.

Cui aptius quam diuine essentie sperice forme aptatur proprietas, que est alpha et omega, principium et finis, principio carens et fine ? Unde Martianus in Epithalamico<sup>8</sup> suo eternitati diadema ascribens, ait : Iupiter detraxit diadema a capite primogenite filie sue Eternitatis et

(a) designans ms. (b) balbutare ms. La même forme se trouve dans l'une des variantes d'*Anticl.* V, 122 ; cf. éd. BOSSUAT, p. 127, apparat.

1. *Regul. theol.* 7 (P. L. 210, 627).  
2. Cf. *Ars praed.* c. 40, ad milites : prouideat commilitonibus suis, id est fidelibus... (P. L. 210, 187).  
3. Cf. *Quoniam homines*, prol. : ut his quibus spoliatur Egyptii ditentur Hebrei (éd. GLORIEUX, p. 120) ; même texte, *Ars praed.* c. 36 (P. L. 210, 180). Cette reminiscence de l'Exultet : « o vere beata nox, quae exspoliavit Aegyptios, dilauit Hebraeos », est appliquée dans les trois cas à l'utilisation de la « philosophie terrestre » des philosophes païens pour la théologie ; cf. introd. p. 163 sur l'origine augustinienne de cette exégèse d'Exod. III, 22 ; et XII, 35-36.  
4. Cf. *Anticl.* III, 246 : tenet altiloquis verbis (éd. BOSSUAT, p. 92).  
5. *De planctu Nat.* : Aristotelicae auctoritatis tuba proclamat (P. L. 210, 445) ; *Quoniam homines*, prol. : ut aristotelica tuba proclamat (éd. GLORIEUX, p. 119).  
6. Cf. *Anticl.* I, 166 : Priami fortunas intonat (éd. BOSSUAT, p. 62).  
7. Cf. *Anticl.* III, 227 sq. : Illic rethoricam sibi solus Marcus adoptat... (éd. BOSSUAT, p. 95).  
8. Cf. *Regul. theol.* 5 et 7 (P. L. 210, 625-626, 627).  
9. Cf. *Expositio Prosaic de angelis*, prol. : epithalamica Salomonis.

impressit capiti<sup>10</sup> Choes, filie Endelichie et Solis<sup>10</sup>. Circulus est eternitatis diadema, quasi 'duo demens', principium et finem, quia ab eternitate principii origo relegatur, et fini posteritas absentatur<sup>11</sup>. Hoc diadema Iuppiter, id est universalis pater, Deus scilicet, dedit Choe, id est humane anime, non integrum, sed potius impressit dimidium. Humana etenim anima, quamvis perpetuitatis<sup>12</sup> nobilitetur honore, principii tamen non priuatur origine.

Disquisitius etiam intueamur qualiter immensitas diuine essentie formam induat spera, ut legitur in Boetio : Spera est semicirculi circumductio<sup>12</sup>. Si quis etenim ad idem punctum a quo processit semicirculum intelligibiliter circumducatur, necesse est ut spericam formam inueniat. Circulus autem est eternitas, tempus semicirculus, quia eternitatis pars. Unde Tullius in Rethorica Inventionum ait : Tempus est pars eternitatis<sup>13</sup>. Tempus etenim ab eternitate progreditur et in eternitatem regreditur.

Unde Mercurius temporalitatem dicit ad eundem fontem regredi a quo verum est ipsum progredi<sup>14</sup>. Eternitas igitur, quia tempus in se

(c) capitli ms. (d) perpetuitate ms.

10. Cette citation de Martianus Capella, *De nuptiis*, I : « Cyllenius ... voluit ... Entelechia (Endelichiea mss.) ac Solis filiam postulare ... nam ipsi Psyche (= Choe)... dii ... multa contulerant. Iuppiter quippe diadema quod Aeternitati, filias honoratori, detraxerat, capiti eius apposuit » (éd. DICK, p. 7) est l'un des textes qu'Alain aime utiliser dans un contexte théologique. Cf. *Dist. dict. theol. : diadema*, propre corona ; et dicitur diadema quasi 'duo demens', principium et finem. Dicitur diadema, vel aeternitas, quia caret principio et fine, unde Martianus : Iuppiter detraxit diadema... (P. L. 210, 766-767) ; *Regul. theol.*, 7 : « unde apud Martianum diadema dicitur aeternitatem habere, quia principio et fine carere significatur ; unde carentia principii et finis diadema, quasi 'duo demens', id est principium et finem appellatur » (*ibid.*, 627) ; sermon : Propter Sion non tacebo : « diadema caret principio et fine, quia circularis est formae ; unde diadema dicitur, quasi 'duo demens' » ... (*ibid.*, 233).

11. Ce verbe, qui appartient au vocabulaire du latin patristique est employé par Alain à l'actif et au passif ; cf. *Anticl.* IV, 175 : « non omnis gloria quarto absentatur equo » (éd. BOSSUAT, p. 175, et cf. *Index verborum*, p. 207).

12. Boèce, *De arithmetica*, II, 30 : « Sphaera vero est semicirculi, manente diametro, circumductio, et ad eundem reuersio, unde prius coeperat ferri. Unitas quoque, virtute et potestate, ipsa quoque circulus vel sphaera est ; quoties enim punctum in se multiplicaueris in seipsum unde coeperat terminatur. »

13. CICERON, *De Inventionem*, I, 38 : « Tempus est pars quaedam aeternitatis », Alain cite presque toujours avec cette formule de *De Inventionem*.

14. Citation très libre de *Asclepius*, 30 : « et ipsa immobilis aeternitas in quam omnium temporum agitatio reueat, et ex quo omnium temporum agitatio sumit exordium » (éd. NOCE-PESTOGLIÈRE, II, p. 339). Alain cite assez souvent l'*Asclepius*, notamment dans la *Somme Quoniam Homines*, introduit par les termes : Hermes Mercurius in *Asclepia* (éd. GLORIEUX, p. 124), 'Mercurius in Trismegisto', expression qui vient de Thierry de Chartres (*ibid.*, p. 135), 'Mercurius Trismegistus' (*ibid.*, p. 139), etc. Cf. aussi dans le *Contra Haereticos*, I, c. 30, deux citations de 'Mercurius in *Asclepia*' (P. L. 210, 332-333).

reflectens circumducit, id est, circulariter ducit, merito ut semicirculi temporalitatis eternitas circumductio esse dicatur, et ita, spera.

Sed notandum quod sperarum a <lia> sensilis, a <lia> ymaginabilis, a <lia> rationalis, a <lia> intelligibilis.

Mundus iste sensilis<sup>15</sup>, quia circulari motu circumducitur, et sensus indagini<sup>16</sup> obnoxius esse tenetur, recte spera sensilis nuncupatur.

Primordialis vero materia, que orbiculari formarum reciprocatone circumfertur, et ymaginationis fantasia<sup>17</sup> concipitur<sup>18</sup>, merito spera ymaginabilis esse censetur<sup>19</sup>.

Mundana vero anima, que indefessa<sup>20</sup> rationis orbiculatione voluitur, et eiusdem inuestigatione comprehenditur, iure spera rationabilis perhibetur<sup>21</sup>.

Diuine vero essentie immensitas, cuius numine rerum uniuersitas mouetur, que etiam excellentiori intellectu <al>itatis<sup>22</sup> indagine consideratur, consequenter spera intelligibilis esse dicitur.

Harum sperarum prima est formalis, secunda deformis, tertia conformis, quarta informis<sup>23</sup> ; prima mobilis, secunda immobilis, tertia instabilis,

15. L'expression 'mundus sensilis' vient de Calcidius, *In Tim.* 349 ; cf. *Anticl.* V, 288 (éd. BOSSUAT, p. 132).

16. *Indago* est l'un des termes rares chers à Alain ; il l'emploie dans le même sens que Boèce, *Tr. theol.* II (éd. RAND, p. 32).

17. Alain emploie volontiers les deux termes associés ; cf. *De planctu* : 'fantasia imaginando' (P. L. 210, 433).

18. La matière première étant informe ne peut être l'objet d'un concept défini, mais seulement d'une représentation imaginaire ; cf. *Quoniam homines*, I : 'Calcidius, volens ostendere primordiale materiam vano et casso intellectu concipi, quia forma carebat, ait : sicut silentium auditur nichil audiendo... sic primordialis materia intelligitur nichil intelligendo, quippe forma caret (cf. *In Tim.* 343) (éd. GLORIEUX, p. 123).

19. Cf. la description de la matière première autour de laquelle tournent les formes élémentaires sans pouvoir y pénétrer, dans le *De Universalitate mundi* de Bernard Silvestre, I, 2.

20. 'Indefessus' est l'un des adjectifs favoris d'Alain, en particulier dans le *De planctu* ; cf. P. L. 210, 434, 452, 454, 460, 480.

21. L'âme du monde platonicienne est raisonnable (*Tim.* 30a) ; cf. Calcidius *In Tim.* 53 : « Haec est illa rationalis anima mundi... » et Macrobe, *In sompnum Scipionis*, I, 14 : « Habel ergo <anima> et purissimam ex mente de qua nata est rationem quod λογικόν vocatur... » (éd. EYSENHARDT, p. 528).

22. Le manuscrit porte : 'intellectuitatis'. Dans un texte qui dépend de l'œuvre d'Alain ; puisqu'il s'agit d'un commentaire anonyme de l'Anticlaudianus contenu dans un ms. du XIII<sup>e</sup> siècle, Bibl. nat. lat. 11337, on trouve la même forme pour désigner la faculté la plus élevée de l'âme : « intellectuitas, que caelestia tantum comprehendit », f. 10. *L'intellectueuitas* est désignée comme faculté suprême dans les *Reg. theol.* 99 (P. L. 210, 673-674).

23. Les quatre termes sont employés dans un sens forcé, et déterminé par la notion de 'forma' platonicienne ; cf. *Reg. theol.* 75, où Alain définit l'« actio informis », l'« actio defernis », et l'« actio formata » (P. L. 210, 659). Cf. *Quoniam homines*, I, 9 : « cum Deus omni caret forma » (éd. GLORIEUX, p. 140).

rta stabilis. In his autem speris quasi in quibusdam palatiis varie in species suas collocant mansiones. In prima habitant ychones, in secunda ychonie, in tertia, ychome, in quarta, ydee<sup>24</sup>.

En la première regnent ychones, id est, subiecta suarum formarum, purpuratis ornata<sup>25</sup>, que dicuntur ychones, id est, ymagines, quia ad [ymag]ilitudinem eternorum exemplarium que ab eterno fuerunt in re diuina, in veritatem essendi sunt producta<sup>26</sup>.

In hoc palatio celebrantur nuptie Nature et nati, Forme et forme, proprietatis et subiecti<sup>27</sup>. Forma etenim geniali inherente osculo iectum osculatur, ex quo varie prolis fecunditas propagatur. Hoc nim compositionis osculum tres parit filias; possibilitatem, essentialiam veritatem. His nuptiis Logica veritatis naturalium declaratiua<sup>28</sup> sustens preconio, propositionum terminorumque organo citarizat<sup>29</sup>.

In secunda vero exultant ychonie, que a sue dignitatis virtute degeneres<sup>30</sup>, fluitantis<sup>31</sup> materie contagio fluctuantes esse caligantes umbr-

Le scribe a dû oublier d'exponctuer le début d'un mot écrit par erreur, ou n'a su choisir entre deux mots sans doute indiqués dans son modèle, car il n'a pas osé de transcrire le second. (f) forma ms. (g) Le passage semble corrompu; ut sans doute lire: et caligantes.

4. Ayant besoin de quatre termes pour soutenir sa construction du palais imaginaire des Formes, l'auteur a dû forger un mot. Icon est employé surtout comme terme rhétorique. 'Iconia' est usité au XIII<sup>e</sup> siècle avec le sens d' 'imago'; Alain s'en est servi dans le *De planctu* pour désigner les Formes intermédiaires: cum Item speculorum narum meditantem aeternalis salutauit idea, eam iconiae interpretis interuentu osculata... (P. L. 210, 480). Ychome ne se trouve à notre connaissance dans aucun dictionnaire.

5. Cf. *De planctu*: « nobilioribus naturae purpuramentis ornata » (*ibid.*, 442).

6. Cf. *De planctu*: « imagines rerum ab umbra picturae ad veritatem essentialis migrantes » (*ibid.*, 479).

7. Cf. *De Planctu Naturae*: « Naturae natiue geniali osculo » (P. L. 210, 480) *ibid.* I, 457; « subiecti formeque videt connubia, cernit/oscula; I, 459: « unio natiua, nis subiecta maritans » (éd. BOSSUAT, p. 70); cf. aussi *Commentarius porretanus primam epistolam ad Corinthios*: « ambitum nature et nati » (éd. A. LANDGRAF, 28; *Studi e Testi*, 117, 1945).

8. Sur le rôle de la Logique dans la recherche et la défense de la vérité; cf. *Anticlaudianus*, I, 264 sqq: « Hec docet ... Vestigare viam veri, falsumque fugare... » (éd. BOSSUAT, 164).

9. Citharizare est l'un des néologismes chers à Alain; cf. index de l'*Anticlaudianus*, BOSSUAT, p. 208.

10. Cf. *Quoniam homines*, prol. « a vera sue rationis dignitate degeneres... » (éd. CHATELAIN, p. 119); *De Planctu Naturae*: « adulteratione degeneris... » (P. L. 210, 475); *ibid.* I, 471: « nec sua degeneris subiecti tedia flere... », éd. cit. p. 70; le terme est employé par Boèce, *Cons.* 3, mètre 6, 8.

11. C'est l'épithète « boécienne » de la matière primordiale; cf. *Cons.* 3, Mètre 5: « materiae fluitantis opus »; Alain l'emploie dans le *De Planctu*: « materiam... primordialis materiae... fluitantem... » (P. L. 210, 442), et dans l'*Anticlaudianus*: « Fluitans, tabilis iste mundus » I, 492 (éd. cit., p. 71).

lili de sue caligationis fuligine conquerentes, ad verum esse conantur reuerti. Ibi idem diuersum, indiuiduum diuiduum, celeste caducum<sup>32</sup>, ycos<sup>33</sup> ydos<sup>34</sup>, immortale fit caduce proprietatis mortalitas.

In tertia vero spera principantur ychome<sup>h</sup>, id est forme a subiectis diuise, que ad propriam sue immortalitatis reuertentes originem, in subiecti dedignantur adulterari materiem<sup>35</sup>, que minime feces<sup>36</sup> corruptibilem ordocantes (*sic*), gratulantur, sue incorruptionis odore viventes. Ibi primitiuum sue natiuitatis retinentes ortum, nesciunt materie fluitantis occasum. Ibi, sue perpetuitatis virginitate florentes, nulla adulteratione rei corruptibilis deflorantur.

In quarta vero spera irradiantur ydee, id est exemplares rerum forme que sue puritatis lumine fulgurantes diem<sup>37</sup> pariunt contemplationis eterne. Extra harum solum habitans volat ingenium<sup>38</sup>, quod rerum proprietates circumuolans, caducas vix earum valet sompnare naturas. Ibi ad unitatem pluralitatis, ad identitatem diuersitas, ad consonantiam dissonantia, ad concordiam discordia proprietatum reuertitur<sup>39</sup>.

(h) on peut lire ychome ou ythome, mais la première forme nous paraît plus vraisemblable.

32. Cf. *De Planctu Naturae*: « ad huius terrenitatis caducae occasum » (P. L. 210, 450); *ibid.*: « in caeleste terrenum, in immortale caducum... » (*ibid.*, 465).

33. *Icos* est un terme grec de logique que l'on trouve dans Boèce, *An. post.* 2, 27, il désigne une proposition probable; le sens général est: ce qui convient. Cf. Everard de Béthune, *Gracismus* (éd. WRONEL, VIII, 183, p. 41): « icos imago sit quod probat iconia ».

34. Cf. *Dist. theol.* au mot *idolum*: *idos*, id est forma; *idos* est exemplar ad cuius similitudinem aliquis fit (P. L. 210, 815). Sur cet emploi de *idos* dans le sens de forme secondaire — dont la source est Sénèque, *Ep.* 58, cf. Jean de Salisbury, *Metalogicon*, II, 17 (éd. WEBB, p. 95).

35. Alain emploie presque indifféremment *materia* et *materies*; cf. index de l'*Anticlaudianus*, éd. BOSSUAT, p. 204.

36. Il faut très probablement corriger: *fecis*, et construire: ordocantes avec le génitif. Ce terme inusité, mais dont le sens est indiqué par le contexte paraît avoir été forgé sur l'adjectif français *ord*, sale, souillé, d'où le verbe *ordoier*, polluer; cf. GODEFROY, *Dictionnaire de l'ancienne langue française*, ad verb. — Du CANGE, *Glossarium*, indique les formes latines médiévales *ordura* et *ordus*, mais ne donne pas d'exemple de verbe.

37. Alain emploie 'dies' dans le sens de lumière dans un passage du *De Planctu*: « virgines... suae pulchritudinis die materialis diei locupletantes diuitias » (P. L. 210, 440).

38. Jean de Salisbury, dans le *Metalogicon*, I, c. 11, donne une définition et une description de l'*ingenium*, faculté de l'âme qui correspond à la perception active; il se réfère à l'enseignement de Bernard de Chartres; l'épithète que Bernard appliquait à l'*ingenium* montre qu'Alain suit la tradition chartraine: <ingenium> aduolans quidem eadem facilitate qua percipit, recedit a perceptis, nec in aliqua sede inuenit requiem (éd. WEBB, p. 29). Alain lui-même définit dans le *De Planctu* l'*ingenialis* virtutis potentia... rerum venatrix subtilium » (P. L. 210, 443).

39. Cette phrase se trouve presque littéralement dans le *De Planctu*, à propos de l'harmonie établie par Dieu dans l'univers: « subtilibus igitur calenis... ad unitatem pluralitatis, ad identitatem diuersitas, ad consonantiam dissonantia, ad concordiam discordia, unione pacifico remeant » (*ibid.*, 453); cf. des séries analogues sur le thème de l'unité et de la diversité dans l'*Ars praedicandi*, c. 21 (*ibid.*, 154) et c. 43 (*ibid.*, 189-190).

Quatuor vero potentie anime ancillantur, quibus quasi quibusdam gradibus <ad> predictarum sperarum contubernia patet accessus, scilicet sensus, ymaginatio, ratio, intellectualitas<sup>40</sup>. Hee sunt quatuor role, ex quibus quadriga humane anime fabricatur, qua ascendens nobilis auriga philosophus recte aurigationis ductu ad eterna deducitur<sup>41</sup>. Harum rotarum due sunt antecedarie : sensus, ymaginatio, que circa caducorum inferiora umbratiler volitant, nec ad solum eternorum aspirant.

Per sensum vero, quasi primum huius scale gradum anima humana mundum ingreditur, in quo, quasi in quodam libro, sensus, inquisitione subiectorum, lituras, id est corruptibilium maculas, quasi quasdam litteras speculatur, et hec est prima scala in qua humana anima exercitatur.

Per ymaginationem vero, quasi per secundum huius scale gradum, humana anima in habitaculum primordialis materie defertur, ubi formas quasi de dampno sue informitatis lacrimantes, subsidia subiecti melioris postulantes, imaginabiliter intuetur. Ibi videt deformari formarum conformitatem, denobilitari<sup>42</sup> earum nobilitatem.

Per rationem vero quasi per tertium huius scale gradum, anima humana ad mundane anime regiam<sup>43</sup> ascendit, ubi viuificum fomitem, indefessum fontem, perpetuum solem, id est mundanam animam aspicit, que mundane machine tenebras luce sue vegetationis illuminat, et quasi quodam oculo interiori clarificat<sup>44</sup>.

40. Cf. notre introduction sur la série des quatre facultés.

41. La figure du char de l'âme se retrouve dans plusieurs œuvres d'Alain et attire toujours les mêmes termes sous la plume de l'auteur ; cf. *Quoniam homines*, prologue : « earum <artium liberalium> recta aurigatione deducti » (éd. GLORIEUX, p. 119) ; *De Planctu* : « homo sensualitatis deponens segnitiam, ducta ratiocinationis aurigatione caeli penetrauit arcana » (P. L. 210, 437) ; « nobilis auriga ratio » (*ibid.*, 466). Il est inutile de rappeler que la description du char construit par les sept Arts et conduit par Raison tient une large place dans l'*Anticlaudianus*.

42. *Denobilitari* paraît être forgé sur le modèle de *deformari*, pour compléter l'antithèse.

43. *Regia* est un mot qu'Alain emploie avec prédilection ; cf. *Anticlaudianus*, index, éd. BOSSGAT, p. 211 ; *De Planctu* : « Diones regiam ingredi dedignant » (P. L. 210, 450) ; « mundialis regiae admirabilem speciem fabricauit Deus » (*ibid.*, 453) ; *Quoniam homines*, prologue : « in imperialem theologice facultatis regiam » (éd. GLORIEUX, p. 119).

44. Cf. la description de 'Eudelechia' dans le *De uniuersitate mundi* de Bernard Silvestre : « Huiusce igitur vite vite lucis origine vita et iubar rerum Eudelechia quadam velut emanatione defluxit... eius admodum clara substantia liquentes fluidique fontis imaginem praeferebat... Unde fomes ille viuificus sic maneat ut perire non possit, cum satisfiat singulis totus et integer refundatur... » (éd. BARACH-WROBEL, p. 13-14). Sur l'assimilation de l'âme du monde au soleil, cf. Macrobe, *In Somnium Scipionis*, I, 20 (éd. EYSSENHARDT, p. 552-554).

Per intellectualitatem quasi per quartum huius scale gradum ad penitentiorem ydearum thalamum humana anima aurigatur, ubi eterna rerum exemplaria in sue eternitatis flore virentia contemplatur.

His quatuor pretaxatis<sup>45</sup> potentiis humana anima regitur, et nisi per istarum viarum orbitam ab orbita veritatis exorbitauerit<sup>46</sup>, ad superna dirigitur. Per sensum et ymaginationem fit anima homo ; per rationem fit anima humana spiritus ; per intellectu <al>itatem fit anima humana Deus<sup>47</sup>. Per sensum et ymaginationem est circa se ; per rationem apud se ; per intellectu <al>itatem supra se. Per sensum et ymaginationem indulget anima virtutibus politicis, per rationem phisicis, per intellectualitatem exemplaribus sine nocticis<sup>48</sup>.

45. Alain emploie *pretaxatus* beaucoup plus fréquemment que le banal *prefatus* ; on trouve ce terme dans toutes ses œuvres, tant dans le *De Planctu* que dans les sermons.

46. *Exorbitare*, *exorbitatio*, sont des termes employés dans le latin patristique ; on les rencontre fréquemment dans les œuvres d'Alain, en particulier dans le *De Planctu* (cf. P. L. 210, 447, 448, 451, 454, 475, etc.). Dans la Somme *Quoniam homines* se trouve une formule toute voisine de celle du sermon : « Quoniam homines a vera sue rationis dignitate degeneres ... oculis orbitali mentalibus ab orbita veritatis exorbitant... » (éd. GLORIEUX, p. 119).

47. Cf. *Regul. theol.* 99 : « excessus autem superior dicitur apotheosis, quasi deificatio, quae fit quando homo ad diuinorum contemplationem rapitur, et hoc fit mediante illa potentia animae quae dicitur intellectualitas ... secundum quam potentiam homo fit Deus » (P. L. 210 ; 673-674). La série ne comprenant que quatre termes dans le sermon, la *ratio* a ici en partie le rôle donné à l'*intellectus* dans les *Regulae* et la Somme *Quoniam homines* ; c'est par elle que l'homme « fit spiritus » ; cf. *Quoniam homines*, I, 2, sur l'*intellectus* et l'*intelligentia* (éd. GLORIEUX, p. 121).

48. L'expression « vertus politice » est caractéristique d'Alain et d'une partie de l'école porphéenne ; cf. O. LOTTIN, *Psychologie et morale aux XII<sup>e</sup> et XIII<sup>e</sup> siècles*, III, p. 103 sqq. Dans son traité des vertus et des vices Alain définit les puissances de l'âme et parle des vertus dont la pratique n'est pas « ex debito officio » c'est-à-dire selon les règles de la foi catholique : « virtutes politice », a polis, quod est pluralitas quia a pluribus laudantur... vel a polis, quod est ciuitas, quia secundum usum ciuitatum appellantur. Ias autem habere solent Iudei et gentiles (éd. O. LOTTIN, *op. cit.*, VI, p. 50). Ce terme, ainsi que le troisième terme cité dans cette phrase du sermon : vertus « exemplares » correspond à un passage de Macrobe, *In Somnium Scipionis*, I, 8. Se référant à Plotin, Traité des vertus (*Enn.* I, 2) et utilisant les Sentences de Porphyre (*Sent.* xxxii), Macrobe classe les vertus en « politice », qui conviennent à l'homme en tant qu'animal social, « purgatorie » et « animi iam purgati » qui conviennent à l'homme qui se voue à la contemplation philosophique, enfin, « exemplares », qu'il définit ainsi : « quartae sunt quae in diuina mente consistunt quam diximus *veiv* vocari, a quorum exemplo reliquae omnes per ordinem defluunt. » Ceci correspond bien au degré supérieur de la série du sermon. L'adjectif « nocticeae » vient peut-être du texte de Macrobe, mais a pu aussi être inspiré par Boèce, *In Porph. Isag.* éd. la, I, 3 : « *νοκτιζή* = intellectibilia » (éd. SCEL, 48, p. 8) ; cf. sur les relations du texte de Macrobe avec celui de Plotin et avec les Sentences de Porphyre, P. HENRY, *Plotin et l'Occident*, p. 154-162. La liste de Macrobe a été citée par divers auteurs du xiii<sup>e</sup> siècle, et notamment par Abélard ; *Theologia christiana*, II (P. L. 178, 1185 sqq.) et *Dialogus inter philosophum, Iudaeum et Christianum* (P. L. 178, 1649). Quant aux

Cauendum, fratres karissimi, ne quis vestrum per has, vel in hiis viis deuiauerit. Ingrediamur mundum sensu et ymaginatione, non ad concupiscendum, non ad indulgendum mundanis, sed ad legendum supremum auctorem in rebus caducis; ascendamus curriculum rationis, non ad sapiendum plus quam oportet in mundane sapientie ebrietate, sed ad sapiendum iuxta quod oportet in sobrietate<sup>49</sup>. Ascendamus thorum intellectualitatis, non tumore superbie, sed caritatis ardore. Per deuiationem enim sensus et ymaginationis fit anima pecus; per exorbitationem rationis fit anima petus; per alienationem intellectu <al>itatis fit anima humana diabolus<sup>50</sup>. Deuiatio sensus et ymaginationis animam offendit; anima, rationis exorbitatione, cadit; alienatione intellectualitatis, ruit. Per offensam primarum anima leditur; per casum rationis, infirmatur; per ruinam intellectualitatis, moritur.

Inter has predictas speras cuiusdam prerogatiue monarchiam optinet spera intelligibilis, cuius centrum ubique, circumferentia nusquam. O huius spere ad alias speras similis dissimilitudo, dissimilis similitudo<sup>51</sup>! Ceterarum sperarum centrum immobile, circumferentia mobilis; ceterarum sperarum centrum nusquam, circumferentia alicubi; huius spere

« virtutes physicae », elles sont dans la sphère de la raison, et se rapportent aux préceptes de la Loi naturelle, d'origine divine, et propres à la nature primitive de l'homme raisonnable, que théologiens et canonistes essaient de définir au XI<sup>e</sup> siècle. Ici encors, il convient de citer Abélard, *Dialogus inter philosophum, Iudaeum et christianum* (P. L. 178, 1656) : « naturale quidem ius est quod opere complendum esse ipsa quae omnibus naturaliter inest ratio persuadet, et ideo apud omnes permanet, ut Deum colere, parentes amare... ». Cf. O. LOTTIN, *Psychologie et Morale*, II, 1, 14-16, et 71 sqq. et une sentence attribuée à Anselme de Laon (éd. *ibid.*, V; p. 88, n° 118) « precesserat in homino lex naturalis, ipsa scilicet ratio ». Il est possible que cette classification tripartite soit inspirée par Jean Scot Eriugène, *In Caelest. Hier.* c. x. Si autem queritur quae sint primae et mediae et ultimae virtutes uniuscuiusque caelestis et humani animi, respondendum : humano animo has tres virtutes inesse contemplatur; cuius primae virtutes sunt *intellectuales*, quae supernaturaliter solummodo circa omnium causam quae Deus est versantur; mediae vero *rationales*, quae circa rerum omnium conditarum naturae cognitionem vim suam exercent; ultimae, quae circa naturales animi motus operationes suas impendunt... Et primae quidem virtutes... theologicae, mediae *physicae*, ultimae morales a theosophis appellantur (P. L. 122, 227).

49. Cf. Rom. xii, 3.

50. Cf. *Quoniam homines*, 1, 2 : « inferioris vero extaseos due sunt species, una que dicitur sensualitas, secundum quam per... carnalia vitia homo degenerat... alia... dicitur obstinatio in malitiam, que maxime fit per contemptum et superbiam... per predicta homo fit pecus... per reliqua fit homo diabolus » (éd. GLOIREUX, p. 122). La même gradation se retrouve dans les sermons, par exemple, *Ars Praed.* c. 34 : « per ieiunium enim fit homo spiritus, per mediocre edulium; homo, per superfluum, pecus » (P. L. 210, 177); cf. aussi *Reg. theol.* 99, sur l'« inferior extasis » ou « hypothesis » : « quando homo a statu humanae naturae demittitur degenerando in vitia, et hoc fit per sensualitatem, per quam fit homo pecus » (P. L. 210, 674).

51. Cf. *Reg. theol.* 7. « O magna inter spaeram corporalem et intelligibilem differentia! In spaera corporali centrum propter sui paruitatem vix alicubi esse perpendicular, circumferentia vero in pluribus locis esse comprehenditur; in intelligibili vero spaera, centrum ubique, circumferentia nusquam » (P. L. 210, 627).

centrum ubique, circumferentia nusquam. Quid est huius spere centrum, nisi opus mundanum, id est uniuersitas rerum que ab amplitudine diuine essentie quasi a quadam circumferentia equalem et ita quodammodo linearem suae essentie unitatem<sup>1</sup> trahens, in machinam deducit mundialem; et ita omnes lineae ab hac circumferentia usque in centrum ducte sunt equales.

Omnia enim que a Dei immensitate<sup>52</sup> in mundum per creationem<sup>2</sup> venerunt eque bona sunt : Vidit enim Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona<sup>53</sup>. Huius spere centrum ubique est, quia uniuersitas<sup>1</sup> rerum gratia sua proprium omne <m> optinet locum; circumferentia nusquam, quia immensitas diuina extra cuncta non exclusa, intra cuncta non inclusa; huius spere centrum mobile, quia creatura mutabilitati obnoxia; circumferentia immobilis, quia ab immensitate Dei omnis mutabilitas est relegata.

Cum autem cetera spere apud philosophos naturales<sup>54</sup> nec quadrari nec triangulari possunt, in hac spere cuiusdam equilateri trianguli reperitur proprietates, id est, personarum Trinitas<sup>55</sup>. In hoc autem equilatero triangulo omnia latera reperiuntur equalia, omnes etiam anguli recti, qui non solum duobus rectis, sed uni inueniuntur equales. Tres etenim persone sibi inuicem sunt equales, que consequenter possunt dici anguli, quasi sicut anguli in contactu et quodam osculo linearum consistunt, sic tres persone unitate diuine essentie se quodammodo osculantur. Isti etiam anguli censentur recti, quia nec generationis obtusione, nec corruptionis acumine deuiant a rectitudine unitatis<sup>3</sup> essentie. Isti tres anguli non solum duobus rectis, sed uni inueniuntur equales, quia et tres persone uni et una tribus, et una uni reperitur equalis.

De hoc triangulo ait Claudianus in libro de Anima<sup>56</sup> : Deus triangulum suum impressit mundo. Vere mundo Deus impressit triangulum, quia in eo Trinitatis resultat vestigium. Mundanorum enim perseuerans

(i) on peut lire : veritatem ou unitatem. (k) creatorem ms. (l) immensitas ms.  
(m) on peut lire veritatis ou unitatis.

52. Cf. *Reg. theol.* 99 : « immensitas ergo Dei circumferentia dicitur, quia omnia disponendo quodammodo omnibus circumfertur, et omnia infra suam immensitatem complectitur » (P. L. 210, 627).

53. Gen. 1, 31. — Cf. *Reg. theol.* 68, dans laquelle Alain commente la « règle » : « Omnia in quantum sunt, bona sunt », tirée du *De hebdomadibus* de Boèce (P. L. 210, 654-655).

54. Alain est l'un des premiers à employer systématiquement le terme de « philosophia naturalis » par rapport à la « theologia ».

55. Cf. « Suae artis in censura / Geometra fallitur / ... In directum curuatura / Circuli conuertitur... » (P. L. 210, 578).

56. Alain cite ses « autorités » avec une grande liberté, et en particulier Claudien Mamert, qu'il semble parfois confondre avec Claudius Claudianus d'après une citation très approximative que l'on trouve dans *Reg. theol.* 21 (P. L. 210, 631). Ici, la « citation » semble se rapporter à *De statu animae*, II, 6 : et sicut nihil sine uno creatore, hoc est ipsa Trinitate existit, ita nihil omnino esse potest, quod non et trifariam subsistat et unum sit... Permanet ergo a summo quod Deus est, per medium quod <est>

essentia potentiam Patris loquitur; mundanorum pulcritudo predicat sapientiam Proles; mundanorum ordo depingit benignitatem Flaminis.

Pretaxati autem trianguli non ex alio procedit primus angulus; ex primo nascitur circulariter secundus; ex utroque orbiculariter tertius. Pater enim a nullo; a Patre Filius; ab utroque Spiritus sanctus.

Hermes Mercurius, in libro qui dicitur Logostileos, ait: O Asclepi, tres deos profitemur eternos, primus a nullo, secundus a primo, tertius ab utroque; cuius verba retractans Augustinus in libro Contra V hereses ait: o quam eleganter Hermes Mercurius de Trinitate esset locutus, nisi incircumciso lapsu sermonis diceret: deos<sup>57</sup>.

Hunc triangulum menti imprimamus. Habeamus potentiam resistendi vitii, sapientiam in moribus ordinandis, benignitatem in sustinendis molestiis. Predictae autem spere circulus in mentibus fidelium quodammodo quadratur, cum eiusdem auctoritate in fidelibus quatuor cardinalium virtutum<sup>58</sup> quadratura efficitur, que quadratura quantum ad hoc quod ad immensitatem eternitatis reflectitur, quodammodo circulat.

Nos igitur, in centrum huius spere existentes, a centri motu tendamus in circumferentia quietem; ab huius instabilitate ad illius stabilitatem; ab huius tempestate ad illius pacem, non per linearem motum sensuilitatis, non per retrogradationem ymaginationis, sed per orbicularem motum rationis, ut intellectualitatis ductu, ad diuine circumferentiae tranquillitatem perueniamus, quod nobis prestat...

anima, ad imum quod est corpus unitae specimen Trinitatis, corporibus signa sua imprimens, animabus etiam notitiam tribuens... (P. L. 53, 745); cf. aussi *De statu anime*, I, 25, sur le « ternarius totus, per quem omnis est numerus » (P. L. 53, 733). Dans le sermon sur la Trinité, on trouve la même « citation », : « Ecce o homo, habes quomodo multiplex ternarius eterne attestatur Trinitati... Hec est enim Trinitas numerus quasi supercelestis... Hic est enim numerus de quo Claudianus dixit quia Deus impressit suum triangulum in mundo. Hic est numerus principale exemplar »; cf. p. 255.

57. Cf. *Quoniam homines*, 31. : « De Patre et Filio ait Mercurius in libro qui dicitur Logostil *<il>* eos, id est, verbum perfectum : Deus secundum fecit deum, et eum dilexit tanquam unigenitum filium suum. Et alibi vocat eum filium benignitatis sue. — Item, in libro qui dicitur Asclepia, ait : deus deos fecit eternos. Quos vocat deos, nisi Filium et Spiritum sanctum... sed tamen incircumciso lapsu dixit : deos » (éd. GLORIEUX, t. 168). *Contra haereticos*, II, 3 : « Mercurius philosophus in Asclepia ait : Deus aeternus est deus aeternus. Quid per deum intellexit, nisi Patrem, quid per deos aeternos, ait Filium et Spiritum sanctum... Fecit autem posuit pro : genuit, dum lapsus sermo ait : fecit deos aeternos. Idem Mercurius in libro qui inscribitur Logostileos, ait, verbum perfectum, ait : deus summus secundum fecit deum, et eum dilexit tanquam filium suum unigenitum, vocavitque eum Filium benedictionis aeternae. Quam eleganter dixisset Hermes Mercurius, si pro fecit posuisset : genuit (P. L. 210, et 105). — Même citation dans le sermon : *De s. Ioanne Baptista*, attribuée à « un philosophe » (*ibid.*, 244). Alain semble donc citer de mémoire et avec la plus grande aisance tant l'Asclepius que le ps. Augustin (Quodvultdeus, serm. 10) où l'Asclepius a été sous le titre *Logostileos*; il n'a peut-être connu que des extraits glosés.

58. Alain semble être l'un des premiers théologiens du XIII<sup>e</sup> siècle à employer systématiquement le terme de « virtus cardinales »; cf. O. LOTTIN, *Psychologie et morale au XIII<sup>e</sup> et XIII<sup>e</sup> siècles*, III, 2, p. 144 sqq.

## SIMON DE TOURNAI

*Sententiae*<sup>1</sup>

Extrait établi d'après deux manuscrits :

Paris, Arsenal 519, f. 21 sq. = A.

Paris, Nat. lat. 14886, f. 20<sup>r</sup> sq. = Pf.

<sup>a</sup> *Quid sit ordo angelicus*. Redditur Iohannem Scotum super Ierarchiam ordinem angelicum definire sic : Ordo angelicus est caractere theophanie simplicis et reciproce, non imaginarie uniformis multitudo. Ecce ordinem angelicum dicit « multitudinem uniformem », id est consimilem; « caractere », id est figura siue qualitate; « theophanie »; quid autem sit theophania, idem Iohannes<sup>b</sup> diffinit, dicens : « Theophania est consequentibus signis, non substantificis genis mentibus ab imaginibus defecatis superessentialis et diffinitive originis simpla et reciproca manifestatio ». Theophaniam dicit « manifestationem, a « theos », quod est Deus, et « phanos », quod est apparitio; unde « theophania », Dei apparitio; cui autem Deus apparet, ei manifestatur.

Manifestatur autem res sensu siue intellectu, ut nomine sensus, et<sup>d</sup> imaginatio, nomine intellectus etiam ratio intelligatur. Intellectu mani-

(a) Queritur q. *add. Pf.* (b) I. Scotus *add. Pf.* (c) vel *Pf.* (d) et *om. Pf.*

1. Les Sentences de Simon de Tournai, dont on n'a édité jusqu'ici que des fragments sont contenues dans les manuscrits suivants : Burgo de Osma, Bibl. Capit. 147, f. 1-44; Londres, Brit. Mus. Royal 9 E XII, f. 11-45; ce manuscrit contient aussi les Disputations de Simon, diverses séries de Questions et de petits traités, le traité d'Alain de Lille sur les Vertus et les Vices, la Somme *Quoniam homines* et les *Regulae theologicae*; cf. la description détaillée donnée par Mgr. P. Glorieux dans l'introduction de l'édition de la somme *Quoniam homines*, Arch. hist. doctr. litt. M. A. XX (1953), p. 117-118; Oxford, Merton Coll. 132, f. 105-162; Paris, Arsenal 519, avec le titre : « Incipiunt Sententiae magistri Symonis Tornacensis », Paris Nat. lat. 3144A, I, 1-55, incompl.; lat. 14886, f. 1-72. Cf. liste donnée par P. GLORIEUX, *Maîtres en théol.* I, n° 101, p. 232. Nous avons transcrit ce passage d'après le manuscrit Arsenal 519 f. 21-22 en le contrôlant avec le manuscrit lat. 14886 qui est également très correct. Les Sentences ou « Institutiones in sacram paginam » de Simon ont le caractère d'une reportation, et il vaut mieux s'en tenir à la leçon d'un manuscrit convenable du début du XIII<sup>e</sup> siècle.